Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308275-p0001-7

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308275-p0002-3

36

VIRO
CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
HIERONYMO FREYERO,

PAEDAGOGII REGII GLAVCHENSIS
INSPECTORI VIGILANTISSIMO,
ET
PER XXXXII ANNOS OPTIME MERITO,
QVVM
POST EXANTLATAS DIVTVRNIORIS MORBI MOLESTIAS
BEATA IPSI ANALYSIS
DIE XV IVNII CIↃ IↃ CC XXXXVII
DIVINITVS CONTIGISSET,
TESTANDI AMORIS ATQVE DOLORIS CAVSSA

MERITORVM MONVMENTVM

POSVIT

D. GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS,
PAEDAGOGII REGII DIRECTOR.

HALAE,
TYPIS ORPHANOTROPHEI.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308275-p0003-9

Dum, FREYERE, fugit gelidas TVA vita ſub vmbras,
Anceps hinc atque hinc pectora ſenſus agit.
Gratandi cauſſa eſt, eſt et pia cauſſa dolendi,
Adfectu dignum funus vtroque TVVM.
Languida in optatum demittis membra ſoporem,
Vt confecta TIBI penſa diurna vides;
Caeleſtis iam dudum animus ſibi pondera tarda
Corporis a ſummo gaudet ademta patre;
Inſeritur ſuperis (huc huc nam ſacra cupido
Tendebat) Chriſto conciliante, choris.
Vinea dum Domini fuit a TE culta, diei
Incubuit feruens aeſtus onusque TIBI;
Quodque erat extremum miſero TIBI tempus in orbe,
Quantas aerumnas, quot gemitusque dedit!
Plurima dum vigilis toleras faſtidia lecti,
Ac ſua vis neruis et vigor omnis abit.
Aſt nunc praeteriti ſecluſa eſt cauſſa doloris,
Nec mala per triſtes ſunt reditura vices.
Ergo, CARE SENEX, qui TE modo cogitat, illum
Pœniteat ſorti condoluiſſe TVAE.
Eſt tamen eſt nobis grauis haec iactura vocanda,
Ingemuit noſter cum ratione dolor.

In TE multa Dei bonitas congeſſerat vnum,
    Quae diſiuncta alii munera ſorte tenent.
Tu memor idcirco concredita cuncta talenta,
    Vt ferrent domino plurima lucra ſuo,
Impiger oblatas vires ac dona locaſti,
    Seruus enim prudens atque fidelis eras.
Cernimus in medio plures ſegneſcere curſu
    Et pulcre ingreſſis ſaepe labare pedem:
In TE magna fides multos extenta per annos
    Enituit, ſtudium non minuente die.
TE ſacro Chriſti flammatum pectus amore
    Muneris ad partes praeſtitit vsque nouum.
Noras, quantus amor diuino ſanguine parti
    Agni ſint domino, quantaque cura ſuo:
Hinc ſtimulabat amor ſimilis TIBI corda, grauisque
    In cunctos pariter cura locata fuit.
Vnde laborabas, vt Chriſtum noſſe iuuentus
    Diſceret, et miti ſubdere colla iugo.
Inſtabasque operi, ſi mentes obiice multo
    Septae, nec faciles ad bona dicta forent;
Ergo fatigabas multa prece Numinis aurem,
    E caelo robur praeſidiumque petens.
Annuit his votis, exoratusque labores
    Ille ſecundauit, cui pia vota placent.
Scimus, longi operis pulcros exſiſtere fructus:
    Oſtendet plures vltima, credo, dies.
Ergo perennantes caeli cape victor honores,
    Victor io! ſuperum gaudia mille cape!
Qui TIBI praeſenti ſemper, dum vita manebat,
    Auxilio, et fidus duxque comesque fuit,
Hic et in adflictum conuertat lumina *Natum*,
    Vnus qui nunc eſt poſt TVA fata ſuper.
Praeſtet ſolamen, recto veſtigia firmet
    Conſilio, veris accumuletque bonis!
Vtque aeuo functum ſupera TE ſede locauit:
    Sic ſurſum ſemper pectora noſtra trahat!

† † †

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R.40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308275-p0008-6

36

VIRO
CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
HIERONYMO
FREYERO,

OGII REGII GLAVCHENSIS

CTORI VIGILANTISSIMO,

ET

II ANNOS OPTIME MERITO,

QVVM

TAS DIVTVRNIORIS MORBI MOLESTIAS

ATA IPSI ANALYSIS

XV IVNII CIↃ IↃ CC XXXXVII

DIVINITVS CONTIGISSET,

AMORIS ATQVE DOLORIS CAVSSA

ORVM MONVMENTVM

POSVIT

ILF AVGVSTVS FRANCKIVS,

AEDAGOGII REGII DIRECTOR.

HALAE,

PIS ORPHANOTROPHEI.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308275-p0009-6